MASTER NEGATIVE
NO. 93-81265-5

AUTHOR:

LANGEN, P[ETER]

TITLE:

AD NONNULLOS LOCOS CICERONIS DE FINIBUS

PLACE:

MONASTERII GUESTFALORUM

DATE:

[1888]

Master Negative #

93-81265-5

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Langen, P[eter] 1835-1897.
...Ad nonnullos locos Ciceronis De finibus librorum adnotationis. Monasterii Guestfalorum, Ex typographia academica Coppenrathiana, [1888]
7 p. 25 cm.

Academic program.
Vol. of theses.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA


FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 13x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 04/07/93 INITIALS Ew
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT




AIIM


Association for Information and Image Management


1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202














MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

no 3.

INDEX LECTIONUM

QUAE AUSPICIIS

AUGUSTISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS

GUILELMI

GERMANORUM IMPERATORIS BORUSSORUM REGIS

IN

ACADEMIA

THEOLOGICA ET PHILOSOPHICA MONASTERIENSI

PER MENSES AESTIVOS A. MDCCCLXXXVIII

INDE A DIE XVI MENSIS APRILIS

PUBLICE PRIVATIMQUE HABEBUNTUR.

PRAEMISSAE SUNT P. LANGENI AD NONNULLOS LOCOS CICERONIS DE FINIBUS LIBRORUM ADNOTATIONES.

MONASTERII GUESTFALORUM.

EX TYPOGRAPHIA ACADEMICA COPPENRATHIANA.

1888

AUCTORITATE

RECTORIS ET SENATUS

CIVIBUS S. D.

PETRUS LANGEN,

LITTERARUM LATINARUM P. P. O.

Egregia Madvigii opera Ciceronis de finibus libri tam docte atque sagaciter sunt et emendati et explicati, ut longe plurimi loci, qui difficultate aliqua laborabant, aut certa aut saltem satis probabili ratione expediti esse videantur. Sed ut nullum opus humanum omnibus numeris absolutum merito existimatur, ita etiam ille vir sagacissimus et linguae Latinae scientissimus in Ciceronis verbis interpretandis nonnulla minus recte constituit atque nobis post uberem suam messem quasi spicilegii faciendi copiam reliquit. Quem laborem non prorsus, ut speramus, infructuosum ad nonnullos locos duorum priorum librorum hac data praefandi occasione impendere libet.

I, 30.

Interesse enim (putat Epicurus) *inter argumentum conclusionemque rationis et inter mediocrem animadversionem atque admonitionem; altera occulta quaedam et quasi involuta aperiri, altera prompta et aperta iudicari.*

Lambinus cum nonnullis priorum editorum pro eo quod est in libris *iudicari* lenissima mutatione scripsit *indicari*, recte quidem mea sententia, sed auctoritate

Madvigii hanc scripturam improbantis factum est, ut nunc fere ab omnibus *iudicari* servetur. Dicit autem vir illustrissimus: 'ex apertis et promptis iudicium fit et sententia, ipsa non indicantur; nec enim opus est.' Sed de iudicio Cicero tota sententia non loquitur: quae sunt occulta, aperiri debent et exquisitis rationibus confirmari; quae sunt aperta, ea ne quis neclegat, satis est mediocri animadversione atque admonitione quasi digito ostendi vel indicari. Necesse igitur est, cum Orellio et Baitero Lambini scripturam probare.

I, 33.

Temporibus autem quibusdam et aut officiis debitis aut rerum necessitatibus saepe eveniet, ut et voluptates repudiandae sint et molestiae non recusandae.

Ad hanc sententiam Madvig haec adscripsit: 'offendit interpretes quod *et aut officiis debitis aut* etc. copulative adiunguntur, quae tamquam species subiecta sunt *temporibus*. . . . . Adiunguntur per *et* ipsa exempla et species, non quo *et* pro *et quidem* positum sit (nihil enim intenditur), sed quod non satis distincto gradu et discrimine notionum, aliud hoc visum est esse atque prius (*temporibus*).' Quae probarem, si una difficultas a Madvigio indicata sententiae subesset, sed multo gravius mihi videtur, quod legimus *aut officiis debitis aut rerum necessitatibus*, quasi vero hae duae causae solae incidere possent, quibus homines moveri deberent, ut et voluptates repudiarent et molestias non recusarent. Atqui ipse Cicero paullo ante alias causas indicaverat, velut cum Torquatum affirmantem faceret, nonnunquam eiusmodi tempora incidere, ut homo labore et dolore magnam aliquam quaereret voluptatem, quod non fit debito officio aut necessitate. Neglexit autem geminatae *aut* particulae vim Boeckel in interpretatione sua: 'unter gewissen Zeitverhältnissen aber und durch moralischen oder physischen Zwang kann es sich ereignen u. s. w.' Cum igitur debita officia et rerum necessitates exempla sint temporum non omnia, sed pars sane gravissima exemplorum, videtur scribendum: *temporibus autem quibusdam velut officiis debitis aut rerum necessitatibus* e. q. s.

I, 37.

Non enim hanc (voluptatem) *solam sequimur, quae suavitate aliqua naturam ipsam movet et cum iucunditate quadam percipitur sensibus, sed maximam voluptatem illam habemus, quae percipitur omni dolore detracto.*

Locum supra scriptum difficultate quadam laborare his verbis Madvig indicavit: 'non satis apparet, cur *ipsam* addatur; sed natura non alia est ac sensus; videtur igitur Cicero sic loqui, tanquam altera voluptas non sit in sensu. Atqui non dolendi voluptas sentiri tamen debet.' Contra Naegelsbach (et eum secutus Holstein) in libri quem de arte latine scribendi edidit paragrapho 91 sententiam Ciceronis his verbis explicandam putavit: 'wir gehn nicht blos auf dasjenige Vergnügen aus, welches durch eine angenehme Empfindung unmittelbar auf die Sinne wirkt, d. i. nicht erst durch das Medium des non dolere.' Quae ita demum probari liceret, si quid medium cogitari posset inter naturam quae movetur et voluptatem quae movet, quale illud non dolere haberi ideo non potest, quod est ipsa summa voluptas ex sententia Torquati. Mihi quidem hoc Cicero videtur dicere voluisse, maximam esse illam voluptatem, quae percipiatur omni dolore detracto, ita ut ipsa voluptas quasi nihil agat, variari autem voluptatem, si quae res accedat, quae naturam ipsa moveat ita ut cum iucunditate quadam percipiatur. Scripsit igitur Cicero: *quae suavitate aliqua naturam ipsa movet.*

I, 39.

At etiam Athenis, ut a patre audiebam, facete et urbane Stoicos irridente, statua est in Ceramico Chrysippi sedentis porrecta manu, quae manus significet, illum in hac esse rogatiuncula delectatum: Numquidnam manus tua sic affecta, quemadmodum affecta nunc est, desiderat? Nihil sane.

Nunquam intellegere potui, quomodo manu porrecta statuae Chrysippi significari possit, eum de manu eius, qui contra staret, aliquid interrogavisse; poterat indicari, de sua manu Chrysippum aliquid rogare velle, poterat omnino colloquium cum adversario quodam habitum indicari, non poterat de ipsa adversarii manu, nisi simul

de *sua* porrecta manu philosophus ille aliquid dicebat. Accedit quod non pro certo Chrysippo sumere licebat, cuiuslibet adversarii manum ita affectam esse, ut nihil desideraret. His causis moveor, ut putem *mea* pronomen intercidisse inter *quemadmodum affecta* et Ciceronem scripsisse: *numquidnam manus tua sic affecta, quemadmodum mea affecta nunc est, desiderat?*

II, 32.

Itaque Epicurus semper hoc utitur, ut probet voluptatem natura expeti, quod ea voluptas, quae in motu sit, et parvos ad se alliciat et bestias, non illa stabilis, in qua tantum inest nihil dolere.

Apparet, sententiam Epicuri claudi verbis *alliciat et bestias,* Ciceronem ipsum addidisse ea, quae sequuntur: hoc vel ex indicativo *inest* perspici potest, cum antea coniunctivum in argumentatione Epicuri ipsius legamus *in motu sit.* Praeterea Epicurus rationem ipse suam prorsus infregisset, si verba addidisset *non illa stabilis*, quae nemo nisi adversarius sententiae Epicureae proferre poterat. Quare improbanda est opinio Boeckelii interpretantis, coniungenda esse verba hoc modo: *quod ea voluptas, quae in motu sit, non illa stabilis in qua tantum inest nihil dolere, et parvos et bestias ad se alliciat.* Madvig autem et qui fere totus ex eo pendet Holstein putant rectius Ciceronem dicturum fuisse: *non quod illa stabilis* e. q. s. Sed ne hi quidem scriptoris sententiam assecuti videntur. Antea Cicero negaverat, Epicurum a parvis argumentum petere aut etiam a bestiis, ut diceret ab eis duce natura hanc voluptatem expeti nihil dolendi, neque enim hanc movere posse appetitum animi, nec ullum habere ictum, quo pelleret animum. Itaque Epicurum uti semper hoc, quod ea voluptas, quae in motu sit, et parvos ad se alliciat et bestias: iam pergere debebat Cicero, non uti Epicurum stabili voluptate ad suam sententiam tali exemplo demonstrandam; restituendum igitur, ut haec sententia efficiatur, leni mutatione *non illa stabili,* et subaudiendum ex eis, quae praecedunt, verbum *utitur.*

II, 57.

Sed finge non solum callidum eum, qui aliquid improbe faciat, verum etiam praepotentem, ut M. Crassus fuit, qui tamen solebat uti suo bono, ut hodie est noster Pompeius, cui recte facienti gratia est habenda.

Nemo interpretum, quid hoc loco Cicero dicere voluerit, videtur intellexisse. Priorum commentis refutatis Madvig haec exposuit: 'Crassum Cicero, etsi esset praepotens, tamen non potentia, sed suo bono, id est, quod eius proprium esset et quod is, ceteris omissis, sequeretur, pecunia, uti solitum dicit ad ea quae vellet efficienda. Sic recte *bonum* et acerbe, tamquam ex Crassi sententia, dicitur.' Hanc explicationem probant Holstein et Boeckel. Sed non satis attenderunt viri docti ad ea verba, quae Cicero in initio sententiae scripsit: *finge non solum callidum eum, qui aliquid improbe faciat, verum etiam praepotentem*: iam duo exempla hominum sed diversa ratione praepotentium affert: Crassi qui divitiis, Pompeii qui auctoritate praepotens erat; neque enim concedendum est Crassum alia re quam divitiis praepotentem fuisse nec Ciceronem ullam causam habuisse hoc loco de Crasso acerbe dicendi. Verum enimvero cum exempla eo nomine ad id quod Cicero expositurus est non quadrarent, quod erant praepotentium quidem sed non improborum hominum, necessario id ipsum addendum erat, ne Cicero hominibus nobilissimis iniuriam facere videretur. Videmus hoc factum esse in Pompeio commemorando verbis *cui recte facienti gratia est habenda:* idem fieri debebat in Crassi commemoratione, et re vera factum esse apparet ex coniunctione *tamen,* quam aptissimam esse ad sententiam, quae necessario requiritur, tamquam inducendam intellegemus, dummodo mendo in eis verbis quae sequuntur, sublato scribamus: *qui tamen solebat uti suo bene.*

LECTIONES

I. ORDINIS THEOLOGORUM.

1. Professorum ordinariorum.

IOS. SCHWANE Dr. 1. dogmaticam de mysterio ss. Trinitatis tractabit semel per hebd.; 2. dogmaticam de incarnatione docebit quater per hebd.; 3. theologiae moralis specialis partem de iustitia et virtutibus ei annexis explicabit bis per hebd.; 4. exercitationes dogmaticae et theologiae moralis moderabitur semel per hebd.

IOAN. HARTMANN Dr. 1. ius ecclesiasticum docere perget ter per hebd.; 2. ius matrimonii tractabit ter per hebd.; 3. exercitationes iuris ecclesiastici moderabitur semel per hebd.

PETR. FUNCKE 1. liturgicae partem generalem docebit bis per hebd.; 2. de vocatione et praeparatione ad statum clericalem aget semel per hebd.; 3. de cura animarum — exercitationibus adiunctis — exponet ter per hebd.

MAX. SDRALEK Dr. 1. historiae ecclesiasticae partem IV. inde a reformatione enarrabit quinquies per hebd.; 2. historiam litterarum medii aevi theologicarum tradet semel per hebd.; 3. in seminario historico S. Chrysostomi libros περὶ τῆς ἱερωσύνης interpretari perget et exercitationes ad historiam ecclesiasticam pertinentes moderabitur semel per hebd.

ALOYS. SCHAEFER Dr. 1. epistolam ad Corinthios I. interpretabitur ter per hebd.; 2. introductionem in Novi Testamenti libros tradet bis per hebd.; 3. exercitationes exegeticas moderabitur bis per hebd.

VINAND. FELL Dr. 1. librum Psalmorum interpretabitur ter per hebd.; 2. in seminario locos Veteris Testamenti interpretandos proponet simulque exercitationes linguae Hebraicae instituet semel per hebd.; 3. *privatim* grammaticae Hebraicae elementa docebit bis per hebd.; 4. *publice* scriptores rerum historicarum vel grammaticarum Arabicos explicabit semel per hebd.

2. Professoris ordinarii honorarii.

ERICUS FRANTZ Dr. scholas non habebit.

3. Professorum extraordinariorum.

BERN. SCHAEFER Dr. 1. antiquitates sacras Veteris Testamenti tractabit ter per hebd.; 2. prophetias personales et reales explicabit bis per hebd.

ERNEST. COMMER Dr. 1. apologeticam integram docebit quater per hebd.; 2. selectas partes Summae theologicae a D. Thoma Aquinate conscriptae interpretabitur bis per hebd.

4. Privatim docentis.

IOS. BAUTZ Lic. 1. apologeticae christianae partem primam docebit bis per hebd.; 2. introductionem in theologiam dogmaticam ac praeterea tractatum dogmaticum de merito quaternis per hebd. horis exponet.

II. ORDINIS PHILOSOPHORUM.

1. Professorum ordinariorum.

GUIL. HITTORF Dr. *privatim* de calore disseret quinquies per hebd.; *privatissime et gratis* exercitationes instituet practicas in laboratorio physico ter per ternas horas.

ANT. KARSCH Dr. *publice* excursiones botanicas instituet semel per hebd. per senas horas postmeridianas; *privatim* 1. phytologiam systematicam cum demonstrationibus plantarum viventium tradet ter per hebd.; 2. historiam naturalem generalem pharmaceuticam docebit ter per hebd.

GUIL. STORCK Dr. *publice* Gudruniadem explicabit bis per hebd.; *privatim* grammaticam linguae theotiscae saeculorum XII et XIII docebit quater per hebd.; *privatissime et gratis* exercitationes germanicas moderabitur semel per hebd.

PETR. LANGEN Dr. *publice* 1. selectas Iuvenalis satiras interpretabitur bis per hebd.; 2. in seminario philologico sodalibus ordinariis primum librum carminum Horatianorum legendum proponet eorumque disputandi exercitationes moderabitur bis per hebd.; *privatim* praecepta latine scribendi tradet quater per hebd.

IO. MATTH. STAHL Dr. *publice* 1. historiam prosae Atticae enarrabit ter per hebd.; 2. sodalibus seminarii philologici ordinariis ex secundo Thucydidis libro Periclis orationem funebrem interpretandam proponet eorumque disputationibus praeerit bis per hebd.; 3. eiusdem seminarii sodales extraordinarios orationibus Livianis graece interpretandis exercebit semel per hebd.; *privatim* Aeschyli Persas interpretabitur quater per hebd.

AUG. HOSIUS Dr. *publice* geognosiam Germaniae septentrionalis docebit bis per hebd.; *privatim* palaeontologiae partem priorem exponet quater per hebd.

PAUL. BACHMANN Dr. *publice* 1. seminarii mathematici exercitationes moderabitur binis per hebd. horis; 2. de numerorum irrationalium natura disseret bis per hebd.; *privatim* theoriam integralium definitorum atque serierum exponet quater per hebd.

GID. SPICKER Dr. *publice* 1. logicam et psychologiam docebit bis per hebd.; 2. disputationes philosophicas instituet semel per hebd.; *privatim* historiam philosophiae Graecae tradet quater per hebd.

THEOD. LINDNER Dr. *publice* exercitationes seminarii historici moderari perget binis per hebd. horis; *privatim* historiam medii aevi inde ab anno 1200 enarrabit quater per hebd.

GUST. KOERTING Dr. *publice* 1. Shakespearii tragoediam „Macbeth“ inscriptam interpretabitur bis per hebd.; 2. Dantis Comoediam divinam explicabit semel per hebd.; 3. seminarii Romanensis et Anglici exercitationes moderabitur bis per hebd.; *privatim* 1. litterarum Francogallicarum historiam enarrabit quater per hebd.; 2. morphologiam Francogallicam tractabit quater per hebd.

BERN. NIEHUES Dr. *publice* historiam aevi recentioris quod vocatur narrabit bis per hebd.; *privatim* historiam Graecorum inde a bellis Persicis docebit quater per hebd.; *privatissime et gratis* exercitationes seminarii historici moderabitur bis per hebd.

RUD. STURM Dr. *publice* 1. geometriam circuli et sphaerae tractabit bis per hebd.; 2. exercitationes seminarii mathematici moderabitur binis per hebd. horis; *privatim* de curvis planis superiorum ordinum disseret quater per hebd.

HENR. SALKOWSKI Dr. *publice* de metallis disseret bis per hebd.; *privatim* chemiam organicam docebit quater per hebd.; *privatissime* exercitationes chemicas in laboratorio quotidie moderabitur senas per horas.

GEORG. HAGEMANN Dr. *publice* historiam philosophiae recentioris tractabit inde ab Hegelii aetate ter per hebd.; *privatim* 1. logicam et noeticam docebit quater per hebd.; 2. metaphysicam tradet quater per hebd.

OSC. BREFELD Dr. *publice* demonstrationes botanicas in horto botanico instituet semel per hebd.; *privatim* botanicam systematicam (specialem) plantarum evolutionis historia illustratam docebit quater per hebd.; *privatissime* disquisitiones botanicas in laboratorio botanico moderabitur.

IOS. NORDHOFF Dr. *publice* de vita et operibus Alberti Dureri aget bis per hebd.; *privatim* historiam artium elegantiorum et minutarum tractare perget ter per hebd.; *privatissime* exercitia ad artes pristinas spectantia instituet bis per hebd.

2. Professorum extraordinariorum.

ADALB. PARMET Dr. *publice* de Theocriti vita et carminibus bucolicis disseret et selecta eius idyllia interpretabitur ter per hebd.; *privatim* dissertatione de P. Vergili vita et scriptis praemissa quinque eius eclogas priores explicabit ter per hebd.

HERM. LANDOIS Dr. *publice* excursiones ad zoologiam spectantes instituet quinquies per hebd.; *privatim* mammalogiam tractabit quater per hebd.

LAD. DE OCHENKOWSKI Dr. scholas non habebit.

ARTH. MILCHHOEFER Dr. *publice* introductionem in archaeologiam docebit bis per hebd.; *privatim* mythologiam artis antiquae tradet bis per hebd.; *privatissime et gratis* exercitationes archaeologicas moderabitur semel per hebd.

CHRIST. BARTHOLOMAE Dr. *publice* grammaticae comparativae capita selecta tradet bis per hebd.; *privatim* grammaticam sanscritam docebit quater per hebd.; *privatissime* exercitationes vedicas seu palaeo-iranicas moderabitur.

RICH. LEHMANN Dr. *publice* introductionem in studium geographicum tradet semel per hebd.; *privatim* geographiam Africae tractabit ter per hebd.; *privatissime et gratis* exercitationes geographicas moderabitur binis per hebd. horis.

ARTH. MEYER Dr. *publice* chemiam pharmaceuticam tradet bis per hebd.; *privatissime* in laboratorio chemico artem pharmaceutico-chemicam et analysin toxicologicam docebit quotidie quinas per horas.

OTTO MUEGGE Dr. *publice* demonstrationes crystallographicas et petrographicas instituet binis per hebd. horis; *privatim* mineralogiae partem alteram docebit quinquies per hebd.; *privatissime et gratis* exercitationes crystallographicas et petrographicas moderabitur per ternas horas bis per hebd.

3. Privatim docentium.

EUG. EINENKEL Dr. *publice* sermones lingua neo-anglica instituendos moderabitur bis per hebd.; *privatim* litterarum anglicarum historiam inde ab originibus usque ad Normannorum invasionem enarrabit ter per hebd.; *privatissime et gratis* in seminario Anglico exercitationes Anglo-Saxonicas moderabitur bis per hebd.

FRANC. IOSTES Dr. *privatim* introductionem in philologiae Germanicae studium tradet ter per hebd.

HENR. FINKE Dr. *publice* exercitationes palaeographicas instituet semel per hebd.; *privatim* de fontibus historiae Germaniae medii aevi disseret bis per hebd.

4. Lectorum academicorum.

IUL. OTTO GRIMM Dr. Prof. *publice* 1. exercitationes harmonicas moderabitur semel per hebd.; 2. exercitationes cantus chorici instituet semel per hebd.

CAR. DEITERS valetudine impeditus lectiones non habebit.

FRID. SCHMIDT *publice* 1. de cantu ecclesiastico polyphono disseret semel per hebd.; 2. exercitationes cantus ecclesiastici utriusque instituet semel per hebd.

FEL. HASE *publice* 1. in seminario Romanensi et Anglico exercitationes et scribendi et loquendi instituet sodalibusque Bulweri drama „Lady of Lyons“ legendum atque interpretandum proponet bis per hebd.; 2. elementa grammaticae Anglicae tradet bis per hebd.

CLEM. BATHE exercitationes gymnasticas moderabitur bis per hebd.

Disciplinarum apparatus et instituta.

Bibliotheca Paulina stato tempore patebit eiusque opes litterarum amantibus ex legum praescripto officiosissime dispensabuntur. *Anagnosterium academicum* ephemeridum litteratarum cognoscendarum opportunitatem intrantibus praebebit. *Museum archaeologicum* diebus Mercurii horis 11—1 antemeridianis patebit, *hortus botanicus* cottidie diebus Solis et festis exceptis.

De exercitationibus seminarii theologici dictum est sub nominibus profess. ordin. SCHWANE, HARTMANN, FUNCKE, SDRALEK, A. SCHAEFER, FELL, de seminario philologico sub nominibus profess. ord. LANGEN et STAHL, de seminario mathematico sub nominibus profess. ord. BACHMANN et STURM, de seminario historico sub nominibus profess. ord. LINDNER et NIEHUES, de seminario Romanensi et Anglico sub nomine profess. ordin. KOERTING et priv. doc. EINENKEL.

SCHOLAE HORARUM ORDINE DISPOSITAE.

Significat numerus 1. diem Lunae, 2. diem Martis, 3. diem Mercurii, 4. diem Iovis, 5. diem Veneris, 6. diem Saturni; numeri I, II, III rel. auditoria significant.

Hora.	Theologicae.	Philosophicae.
7—8	B. SCHAEFER P. E., antiquitates sacrae V. T. (1. 2. 3.) Nro. II. Idem, prophetiae personal. et real. (4. 5.) Nro. II.	KARSCH P. O., phytolog. systemat. (1. 2. 3.) aud. zool. Idem, historia natural. general. pharmaceutica (4. 5. 6.) aud. zool. STORCK P. O., gramm. linguae theot. (2. 3. 4. 5.) Nro. IV. Idem, exercitationes germanicae. (6.) Nro. IV. HOSIUS P. O., geognos. Germ. septentrion. (1. 2.) aud. mineralog. Idem, palaeontolog. p. I. (3. 4. 5. 6.) aud. mineralog.
8—9	SCHWANE P. O., dogmatica de Trinitate (1.) Nro. VII. Idem, dogmatica de incarnatione. (2. 3. 4. 5.) Nro. VII. Idem, theolog. moral. special. de iustitia et virtutibus eidem annexis. (6.) Nro. II.	STORCK P. O., Gudrun. (3. 6.) Nro. IV. LANGEN P. O., praecept. latine scrib. (1. 2. 4. 5.) Nro. III. SALKOWSKI P. O., chemia organ. (2. 3. 5. 6.) aud. chem. Nro. II. Idem, de metallis (1. 4.) aud. chem. Nro. I. HAGEMANN P. O., metaphysica. (1. 2. 4. 5.) Nro. VIII. Idem, logica et noetica. (3. 6.) Nro. VIII.
9—10	SCHWANE P. O., exercitationes dogmatic. et moral. (3.) Nro. II. FUNCKE P. O., liturgicae pars general. (1. 2.) Nro. II.	LANGEN P. O., Iuven. satir. (1. 4.) Nro. III. Idem, semin. philolog. (2. 5.) Nro. I. LINDNER P. O., historia medii aevi. (2. 3. 5. 6.) Nro. V. STURM P. O., curvae superiorum ordinum. (2. 3. 5. 6.) Nro. IX.

SCHOLAE HORARUM ORDINE DISPOSITAE.

Hora.	Theologicae.	Philosophicae.
9—10	FUNCKE P. O., de vocatione et praeparatione ad statum clerical. (3.) Nro. VII. Idem, de cura animarum exercitationibus adiunctis. (4. 5. 6.) Nro. II. FELL P. O., interpret. psalmorum. (2. 4. 6.) Nro. VII.	STURM P. O., geometria circuli et sphaerae. (1. 4.) Nro. IX. SALKOWSKI P. O., exercitationes in laboratorio chemico. (1. 2. 3. 4. 5. 6.) HAGEMANN P. O., logica et noetica. (2. 5.) Nro. VIII. Idem, historia philosophiae recent. (1. 3. 4.) Nro. VIII. BREFELD P. O., disquisitiones botanicae in laboratorio botanico. (1. 2. 3. 4. 5. 6.) PARMET P. E., Theocriti idyllia (2. 3. 5.) Nro.VI. MEYER P. E., chemia pharmaceutica. (1. 4.) aud. chem.
10—11	HARTMANN P. O., ius matrimonii. (1. 2. 3.) Nro. II. Idem, ius ecclesiasticum. (contin.) (4. 5. 6.) Nro. II. COMMER P. E., apologetica integra. (1.2.3.4.) Nro.VII.	SPICKER P. O., historia philos. Graec. (1. 2. 3.) Nro. IV. Idem, logic. et psychol. (4. 5.) Nro. IV. NIEHUES P. O., historia Graecorum. (4. 5. 6.) Nro. III. Idem, historia aevi recent. (2. 3.) Nro. III. SALKOWSKI P. O., exercitationes in laboratorio chemico. (1. 2. 3. 4. 5. 6.) BREFELD P. O., disquisitiones botanicae in laboratorio botanico. (1. 2. 3. 4. 5. 6.) NORDHOFF P. O., exercitationes ad artes pristinas spectantes. (6.) Nro. VII. PARMET P. E., Vergili eclogae. (1. 2. 3.) Nro.VI. LANDOIS P. E., mammalogia. (1. 2. 3. 4.) aud. zool. MILCHHOEFER P. E., mythologia. (1. 4.) aud. archaeolog.

SCHOLAE HORARUM ORDINE DISPOSITAE

Hora.	Theologicae.	Philosophicae.
10—11		MILCHHOEFER P. E., introductio in archaeologiam. (2. 5.) aud. archaeolog. Idem, exercitationes archaeologicae. (3.) aud. archaeolog. LEHMANN P. E., geographia Africae. (1. 3.) aud. geogr. EINENKEL P. D., historia litterarum Anglicarum. (3. 4. 5.) Nro. V. Idem, sermones linguae neo-angl. instituet. (6.). Nro. V. JOSTES, P. D., introductio in philologiae Germ. studium. (1. 2. 3.) Nro. I.
11—12	SCHWANE P. O., theolog. moral. special. de iustitia et virtutibus ei annexis. (2.) Nro. II. HARTMANN P. O., exercitationes iuris eccles. (6.) Nro. II. A. SCHAEFER P. O., epist. ad Cor. I. (1. 4. 5.) Nro. VIII. Idem, introductio in libros N. T. (3. 6.) Nro. VIII.	STAHL P. O., historia prosae Att. (2. 3. 5.) Nro. IV. Idem, seminarium philolog. (1. 4.) Nro. I. BACHMANN P. O., theoria integralium definitorum. (1. 2. 4. 5.) Nro. IX. Idem, de natura numerorum irration. (3. 6.) Nro. IX. SPICKER P. O., historia philosophiae Graecae. (6.) Nro. IV. KOERTING P. O., historia litterarum Francogall. (1. 2. 4. 5.) Nro. V. Idem, Dantis comoedia div. (3.) Nro. V. NIEHUES P. O., historia Graecorum. (3.) Nro. III. Idem, seminarium historicum. (4.) Nro. III. SALKOWSKI P. O., exercitationes in laboratorio chemico. (1. 2. 3. 4. 5. 6.) BREFELD P. O., disquisitiones botanicae in laboratorio botanico. (1. 2. 3. 4. 5. 6.)

SCHOLAE HORARUM ORDINE DISPOSITAE.

Hora.	Theologicae.	Philosophicae.
11—12		NORDHOFF P. O., historia artium elegantiorum et minutarum. (2. 3. 5.) Nro. VII. Idem, de Dureri vita et operibus. (4.) Nro. VII. Idem, exercitationes ad artes pristinas spectantes. (6.) Nro. VII. BARTHOLOMAE P. E., grammatica sanscrita. (1. 2. 4. 5.) Nro. VI. LEHMANN P. E., geographia Africae. (6.) aud. geogr. MUEGGE P. E., mineralogia p. II. (1. 2. 3. 4. 5.) mus. mineralog. EINENKEL P. D., sermones linguae neo-Angl. (6.) Nro. V.
12—1	SDRALEK P. O., historia ecclesiastica. (1. 2. 3. 4. 5.) Nro. VIII. Idem, historia litter. theol. (6.) Nro. VIII.	HITTORF P. O., de calore. (1. 2. 3. 4. 5.) aud. phys. STAHL P. O., Aeschyli Persae. (1. 2. 4. 5.) Nro. IV. Idem, seminarium philolog. (3.) Nro. I. KOERTING P. O., morphologia Francogall. (1. 2. 4. 5.) Nro. V. Idem, Shakespearii Macbeth. (3. 6.) Nro. V. SALKOWSKI P. O., exercitationes in laboratorio chemico. (1. 2. 3. 4. 5. 6.) BREFELD P. O., disquisitiones botanicae in laboratorio botanico. (1. 2. 3. 4. 5. 6.) NORDHOFF, P. O., de Dureri vita et operibus. (1.) Nro. VII. BARTHOLOMAE P. E., grammatica comparativa. (3. 6.) Nro. IX.

SCHOLAE HORARUM ORDINE DISPOSITAE.

Hora.	Theologicae.	Philosophicae.
2—3		KARSCH P. O., excursiones botanic. (6.) LANDOIS P. E., excursiones zoolog. (3.) MEYER P. E., exercitationes pharmaceutico-chemicae. (1. 2. 3. 4. 5.) in laboratorio chemico.
3—4	SDRALEK, P. O., seminarium historicum eccl. (1.) Nro. VIII. A. SCHAEFER P. O., seminarium exegeticum. (3.) Nro. II. BAUTZ P. D., apologetica christ.	KARSCH P. O., excursiones botanic. (6.) LINDNER P. O., seminarium historicum. (6.) Nro. V. SALKOWSKI P. O., exercitationes in laboratorio chemico. (1. 2. 3. 4. 5.) BREFELD P. O., disquisitiones botanicae in laboratorio botanico. (1. 2. 3. 4. 5. 6.) LANDOIS P. E., excursiones zoolog. (3.) MEYER P. E., exercitationes pharmaceutico-chemicae. (1. 2. 3. 4. 5.) in laboratorio chemico.
4—5	A. SCHAEFER P. O., seminarium exegeticum. (3.) Nro. VIII. COMMER P. E., interpretatio select. part. Summae theolog. D. Thomae Aquinatis. (3. 5.) Nro. VII. BAUTZ P. D., introductio in theolog. dogm. (1. 2. 4. 5.) Nro. II.	HITTORF P. O., exercitationes phys. in laboratorio physico. (1. 3. 5.) KARSCH P. O., excursiones botanic. (6.) BACHMANN P. O., seminarium mathematicum. (1.) Nro. IX. LINDNER P. O., seminarium historicum. (6.) Nro. V. STURM P. O., seminarium mathematicum (3.) Nro. IX. SALKOWSKI P. O., exercitationes in laboratorio chemico. (1. 2. 3. 4. 5.) BREFELD P. O., disquisitiones botanicae in laboratorio botanico. (1. 2. 3. 4. 5. 6.) LANDOIS P. E., excursiones zoolog. (3.)

SCHOLAE HORARUM ORDINE DISPOSITAE.

Hora.	Theologicae.	Philosophicae.
4—5		LEHMANN P. E., exercitationes geograph. (2.) aud. geogr. MEYER P. E., exercitationes pharmaceutico-chemicae. (1. 2. 3. 4. 5.) in laboratorio chemico. MUEGGE P. E., demonstrationes crystallogr. et petrogr. (4.) mus. mineralog.
5—6		HITTORF P. O., exercitationes phys. in laboratorio physico. (1. 3. 5.) KARSCH P. O., excursiones botanic. (6.) BACHMANN P. O., seminarium mathematicum. (1.) Nro. IX. KOERTING P. O., exercitationes seminarii Romanensis et Anglici. (3.) Nro. V. STURM P. O., seminarium mathematicum. (3.) Nro. IX. SALKOWSKI P. O., exercitationes in laboratorio chemico. (1. 2. 3. 4. 5.) BREFELD P. O., disquisitiones botanicae in laboratorio botanico. (1. 2. 3. 4. 5. 6.) LANDOIS P. E., excursiones zoolog. (3.) LEHMANN P. E., exercitationes geograph. (2.) aud. geogr. MEYER P. E., exercitationes pharmaceutico-chemicae. (1. 2. 3. 4. 5.) in laboratorio chemico. MUEGGE P. E., demonstrationes crystallogr. et petrogr. (4.) mus. mineralog. EINENKEL P. D., exercitationes seminarii Anglici. (4.) Nro. V.

SCHOLAE HORARUM ORDINE DISPOSITAE.

Hora.	Theologicae.	Philosophicae.
6—7	FELL P. O., exegetica V. T. una cum exercit. Hebraicis. (5.) Nro. II. Idem, elementa linguae Hebraicae. (1. 4.) Nro. II. Idem, scriptores rerum historicarum Arabici. (3.) Nro. II.	HITTORF P. O., exercitationes phys. in laboratorio physico. (1. 3. 5.) KARSCH P. O., excursiones botanic. (6.) KOERTING P. O., exercitationes seminarii Romanensis et Anglici. (3.) Nro. V. BREFELD P. O., botanic. system. (special.) (1. 2. 3. 4. 5.) Nro. IX. LANDOIS P. E., excursiones zoolog. (3.) LEHMANN P. E., introductio in stud. geogr. (1.) aud. geogr. MEYER P. E., exercitationes pharmaceutico-chemicae. (1. 2. 3. 4. 5.) in laboratorio chemico. EINENKEL P. D., exercitationes seminarii Anglici (4.) Nro. V. HASE, L., exercitationes seminarii Anglici. (2. 5.) Nro. V. Idem, gramm. Angl. (1. 6.) Nro. III.
7—8		KARSCH P. O., excursiones botanic. (6.) LANDOIS P. E., excursiones zoolog. (3.)

HORIS POSTEA INDICANDIS.

SPICKER P. O., disputationes philosophicae.
BREFELD P. O., demonstrationes botanicae.
BARTHOLOMAE P. E., exercitationes Vedicae.
MUEGGE P. E., exercitationes crystallograph. et petrograph.
FINKE P. D., de fontibus historiae Germaniae medii aevi.
Idem, exercitationes palaeograph.
GRIMM Dr., exercitationes harmon.
Idem, exercitationes cantus chorici.
SCHMIDT L., de cantu eccles. polyphono.
Idem, exercitationes cantus eccles. utriusque.
BATHE, exercitationes gymnasticae.